Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



hoc.ē.cuncta geram propeccato meo/faciam omnia quae cumq: facienda sunt
ad obedienduṁ & sanandum peccatum meum. & curam geram propecca
to meo; Inimici autem mei uiuent; Bene estes gaudent in saeculi feli
citate. Ubi ego labor & rugio agente cordis mei; Quomodo uiuent
inimici illius. quia lam dixit de illis. qnm loquuti sunt uanitatem;
Audio in alio psalmo: Quorum filii eorum sicut nouellae constabilitae;
Sed superius dixerat. quorum os loquutum. ē. uanitate; Filii eorū
composite sicut similitudo templi. Cellaria eorum plena eructantia
ex hoc in hoc. Boues eorum crassi. oues eorum fecundae multiplicantes
in exitibus; Non. ē. ruina saepis. neq: clamor in plateis eorum;
Quiuent ergo inimici mei; haec uita. ē. hanc laudant. hanc amant.
hanc malo suo habent; Quid enim sequitur; Beatum dixerunt
populum cui haec sunt; Quid autem tu qui curam geris. propecca
to tuo. quid tu pronuncias iniquitatem tuam; Beatus inquit populus
cuius. ē. dns. ds ipsius; Inimici autem mei uiuent. & confortati sunt
super me. & multiplicati sunt qui me oderunt iniqui; Quid. ē. oderunt
iniqui. bona si bi uolentem oderunt. qui si redderent mala pro ma
lis bono non essent; Qui si non redderent bona pro bonis. Ingrati
essent; Reddunt autem mala pro bonis. quia oderunt iniqui;
Tales fuerunt iudaei; uenit ad illos xps cum bonis. reddiderunt illi mala
pro bonis; Quando hoc malum fratres. cito subintrat. quia dra.
mus tales erant iudaei; Nepute unusquisq: uestrum longe se
exceptum. corripiatur aliquis frater tuus bonum tibi uolens;
oderis illum & tales es; Ecce quid & quam cito fiat. quam facile
& uitatota. tam magnum malum tam agile peccatum; dicebat
mihi qui retribuunt mala pro bonis. qnm persecutus sum iustitiam.
l deo mala pro bonis; Quid. ē. persecutus sum. iustitiam non dimisi;
Ne forte persequutionem semper in malo intellegas; persequutus
dixit. per fetō secutus; Qnm persequutus sum iustitiam;
& audi caput nostrum euidens in passione; & proiecerunt me delictum
tamquam mortuum abominatum; Quia crucifixum, & enim
haec mors crucis. magna apud eos abominatio erat; Non intel
legentes in prophetia dictum. ē. maledictus omnis qui pendet in
lignum; Non enim ipse tulit mortem; sed hic inuenit de male
dicto primi hominis propagatam. & eandem mortem nnm suscipiens.